

(3). Ne¹ autem beatissimus Adalbertus solum per preterita et non in presenti credatur per Deum facere miracula, notandum est, quod tempore Wilhelmi comitis Hollandie² [XVIII.]^a iam^b prescripta et etiam scribenda proximo sunt patrata^c. Sciendum est itaque, quod quidam clericus, villule^d que Haerlem dicitur notarius — — — — — sed quasi ydropica crocitaret, ipsa tamen, ut huius^e scriptori verissime retulit, hac via, trium utique leucarum, non leditur, sed hec per eam peregrinatio transitu^f quasi levissimo Christi gloria eiusque sancti gratia adimpletur.

(4). Eiusdem insuper comitis tempore quedam puella membrorum contractione ad ambulandum ineptissima, ad sancti Adalberti monasterium deportata, iuxta ipsius archam deponitur, ubi cum Christi gratia eius suffragium prestolatur. Que cum lacrimosis suspiriis ad sanctum intenderet et se numquam sine suffragio recessuram assereret, tantum laboris et doloris multitudine obruitur, quod ad corporis refectionem soporis solacium postulatur. Hac itaque modicum dormiente subitoque refectis viribus evigilante, que multorum labore sursum ducta fuerat, sola cum Dei honore sana et incolumis descendebat.

(5). Quidam eiusdem comitis^g tempore de Frisia presbiter quasi impregnatus per patrias tendens et sue infirmitatis remedia querens, ad sanctissimi confessoris fontem in Egmunda pervenerat, cuius flumina hauriebat. Que dum sitibundo haustu ori traderet illaque secundo vel tercio susciperet, nausea quedam oritur, post quam vomitus labore maximo preparatur. In quo maledicti conceptus, bufonum videlicet materia, panditur, quibus eiectis venter submittitur et dictus sacerdos sanitate pristina gratulatur.

(6). Quidam insuper venerabilis prior Predicatorum ordinis, vi febrium multo tempore disturbatus, ad dictum proximo fontem nititur tendere et ex eo modicum fluminis deglutire; post cuius susceptionem mox convaluit nec eum amplius ille morbus, ut ab ore eius audivimus, infestavit.

a) In der Hs. fehlt die Zahl, an deren Stelle Raum für etwa vier Buchstaben gelassen ist; 'decimi octavi' Mabillon (entsprechend der Zählung der Grafen von Holland z. B. bei Beka). b) 'iam — itaque quod' fehlt bei Mabillon. c) 'pa | rata' beim Zeilenwechsel Hs. d) 'opidi de Harlem notarius' Mabillon. e) 'huius scriptori' fehlt eb. f) 'quasi tr.' eb. g) 'comitis' fehlt Hs.

1) Kap. 3 = Mabillon Kap. 15; Henschen § 20. 2) Graf Wilhelm III. (1306 — 1337).